Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38221
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quia neo nulla causam inuenio. Exiit ergo ihs portans spineam
coronam & purpureum uestimentum. & dicit eis: Ecce homo
uulnerat ignominiosa specie uisa placarentur. sed adiungit
& dicit. Cum ergo uidissent eum pontifices & ministri clama
uerunt dicentes. Crucifige crucifige. Tunc hora tertiam
fuisse dicimus. Attende quae sequuntur. Dicit eis pilatus acci
pite eum uos & crucifigite. Ego enim non inuenio in eo
causam. Responderunt iudaei. Nos legem habemus. &
secundum legem debet mori. quia filium dei fecit. Cum ergo
audisset pilatus hunc sermonem. magis timuit. & ingres
sus est praetorium. & dicit ad ihm. unde es tu. Ihs autem respon
sum non dedit ei. Dicit ergo ei pilatus. mihi non loquis
nescis quia potestatem habeo crucifigere. & potestatem
habeo dimittere te. Respondit ihs. Non haberes potestatem
aduersum me ullam nisi tibi esset datum desup. propterea
qui tradidit me tibi. magis peccatum habet. ex inde
pilatus quaerebat dimittere eum. In hoc igitur quod quae
rebat pilatus dimittere eum. quantum temporis putamus
fuisse consumptum quanta praeter missa quae a pilato dice
bantur. Uel iudaeis contradicebantur quousque dicerent
iudaei. Unde ille commemorat & ceteri. Haec enim sequi
tur. Iudaei autem clamabant. dicentes. Si hunc dimittis
non es amicus caesaris. Omnis qui se regem facit contradi
cit caesari. Pilatus ergo cum audisset hos sermones
adduxit foras ihm. & sedit pro tribunali in loco qui dicitur
lithostrotus. Hebraice autem gabbatha. Erat autem
parasceue paschae hora quasi sexta. A illa ergo hora iu
daeorum quae primo dixerunt crucifige. Cum eset hora
tertia usque ad hoc quod sedit pro tribunali per medias
horas cunctationis pilati & tumultuantium iudaeorum.
Duae horae praeterierunt. & per aliquanta iam de sexta
aliquid coeperat. Dicit ergo iudaeis. Ecce rex uester.